



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 36. Regis Hispaniæ declatio circa Franciæ res.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

Sæcul. XVI. ciliationem, & operam daturus, ut
A.C. 1590. Carolus X. Rex, qui captivus detinetur,
 in libertatem afferatur. Idem actum
 est postea in Senatu, & aliis tribunali-
 bus, instrumentaque publica de eo hoc
 juramento confecta, quin vel ullus sese
 opponere auderet.

§. XXXVI.

*Regis Hispaniæ declaratio circa
Franciæ res.*

Thuan. l. 98. Die octava Martii Hispaniæ Rex, qui
Mem. de omnium Regni tumultuum Auctor
la Lig. t. 4. credebatur, Madrito in Franciam di-
p. 226. & ploma transmiserat, quo multa de e-
228. gregia sua in religionis negotio volun-
 tate magnifice prolocutus ita profese-
 batur: „ob eam causam pacem cum
 „Henrico II. Francorum Rege feci, &
 „ad extirpandas in florentissimo regno
 „hærefes auxilia Carolo filio foro-
 „rio meo submisi: excitatis dein in Bel-
 „gio ab Arausionensi Principe turbis,
 „perduelles in ordinem coegi, & me-
 „liorem earum provinciarum partem
 „ab hac peste liberavi; nunc vero cum
 „videam, eorundem sectariorum actu eo
 „res devenisse, ut orbis Christianus in
 „Turcarum potestatem venire pericli-
 „tetur, nam id fieri potest dissensio-
 „bus per hæreticorum malitiam ubique
 „feminatis, insuper cum cernam Re-
 gnum

Sæcul. XVI.
A. C. 1590.

„gnum Francorum præcipue bellis ci-
 „vilibus jam dudum attritum: eapropter
 „miseratione, ac pietate commotus
 „cunctos Principes Catholicos hortor,
 „ut vires mecum jungant ad extir-
 „pandas hujus Regni hæreses, & libe-
 „randum e carcere Carolum X, in quo
 „ab hæreticis injuriose detinetur, ut
 „repurgato ab ea peste florentissimo
 „Francorum regno vires, & opes suas
 „ad exterminandas per cetera regna
 „hæreses, atque iis de medio sublatis
 „ad terræ sanctæ expeditionem a no-
 „bilitate Catholica olim tanta alacri-
 „tate, ac felicitate susceptam cuncti
 „concordi animorum voto incumbant:
 „de cetero coram Deo, & angelis pro-
 „testor, quod apparatus bellicos non
 „alio fine faciam, quam ut Matrem
 „nostram Ecclesiam Catholicam Apo-
 „stolico - Romanam amplificem, quie-
 „tem, ac securitatem vere Catho-
 „licorum sub legitimis eorum Principi-
 „bus constituam, sectarium venenum
 „ubique extirpem, pacem, & concor-
 „diam Principum Christianorum firmem.
 „quam in rem non solum opes, sed &
 „vitam, ac sanguinem proprium effun-
 „dere paratus sum, quippe cum in ju-
 „stiori causa impendi non possit. Da-
 „tum Octavo Idus Martii., Ceterum
 postridie Rex Casparo Quirogæ Archi-

Sæcul. XVI. episcopo Toletano tanquam magno Cancellario, & supremo sacræ inquisitionis Præsidi per Castellæ commendatorem mandabat, ut ad sumptus in illud bellum faciendos, & prohibendos Germanorum delectus, qui ad sectariam pestem in Franciæ regno seminandam propediem descensuri essent, Concilia provincialia more solito cogat, & imperet collationem pecuniæ per singulas Diæceses æqualitate servata distribuendæ.

§. XXXVII.

Rex in Iberiensi prælio victor.

Thuan. l. c. *Davil. l. II.* *Mem. de la Lig. pag. 254.* *Dubignet. 3. l. 3. c. 6.* Fœderatis cuncta hæc molientibus, interea Rex die decima quarta Martii prope Iberiæ oppidum quarta a Droco leuca insignem victoriam de Maduano Duce reportabat, ac paulopost in ipsa hac Urbe eundem altera victoria superatum de urbe in urbem fugere compellebat; insuper Meduntam, & Veronionium deditione cepit: mox vero Dux datis Romam literis sinistrum, quo fœderatorum res inclinari cæperant, successum ex parte perscripsit, interim id, quod rei summam concernebat, dissimulavit insinuans, quod nobiliores Urbes, ac præprimis Parisina civitas adhuc sacræ unioni addictæ permanerent.

Verum